Mandement de l'Evesque de Beauvais

Qui enjoint aux M.es et Gardes de la Monnoye de Thoulouze de permettre aux Marchands de la Ville d'Exercer le Change.

Du 18.e Juin 1342.

Joannes permissione Divina Belloacensis Episcopus Locum tenens Domini Nostri franciæ Regis in occitanis et Xantonensis partibus, Magistris et Custodibus Monetæ Tholosæ pro se ipsis et singulis Campsoribus dictæ Carreriæ nobis Exposuerunt graviter quod Licet Vos et predecessores vestri hactenus per conservationes et multiplicationem Monetagii Regii Tholosæ Mercatoribus et aliis

personis supra facto et arte Cambij Ex-
pertis licentiam dare et concedere consue
verisitis Emendi Cambiandi et aggregandi
pro se et factores suos Idoneos, aurum
argentum et quascunque Monetas de
Billono pro ipsis Monetis apportandis
vel mittendum ad dictum Monetagium
Tholosae, seu mensas nummularias
Capsorum dictae Villae Tholosae, per quorum
manus dictae Monetae de Billono ad
ipsum Monetagium apportare dicuntur
et ad factum Cambij debite faciendi et
Exercendi nihilominus Vos Magistri et
Custodes praetextu quorumdam Litterarum
registratam Senescallo Tholosae directam
et de Mandato Ejusdem publicatam, in
quibus inter Caetera continere dicitur,
quod et Nullus sub certa poena de
caetero ausus Esset facere seu Exercere
factum Cambij nisi duntaxat in Locis
publicis et ab antiquo consuetis, nonobs
tantibus quibuscunque Litteris in con

tertium concessis seu concedendis dictam
Licentiam dare et concedere recusantis a
die dictae publicationis litterarum praedictarum
et adhuc recusatis et obmittitis ob quam
causam Billonum in ipso Monetagio
ex tunc nihilominus quia antea, ut
fertur caruit apportari in ipsius Domini
nostri Regis prejudicium Suique mone
tagij praedicti non modicam diminutionem,
quo circa Nos praedictum Monetagium
augmentari et multiplicari pro honore
et utilitate Regis Cupientes, Vobis et
Uni cuilibet in Solidum praecipimus et
Mandamus committendo si Sit opus,
quantum Mercatoribus et personis super
facto et arte Cambij Expertis, et aliis
de quibus Expediens Vobis videbitur,
licentiam et potestatem debite faciendi
factum seu artem Cambij, pro ut dare
consuevissent, tribuatis et Etiam concedatis
in Locis tamen praedictis et ab antiquo
consuetis juxta dictam Litteram Regis

praesentem de quibus liquebit, et earum forma poenitus observata taliter quod ob vestri culpam domini Monetagium aliquam non patiatur diminutionem, et quia ut Intelleximus Nonnulli de facto et absque licentia domini factum Cambij exercere seu Exercere praesumunt Et quandoque billonum de Regno franciae Extrahunt seu Extrahi faciunt, volumus quod omnes illi quibus per vos seu vestrum alterum Licentia dicta concedetur, jurare habeant coram vobis ad Sancta Dej Evangelia et promittere sub obligatione bonorum suorum quod praedictum fideliter et debite facient et exercebunt dolo et fraude cessantibus quibuscunque et totum billonum quod acquirent seu acquiri facient ad domini monetagium Tholosae seu ad mensas nummulariae dictorum Capsorum Tholosae apportabunt fideliter sive mittent quorum Nomina in quodam Libro seu registro dictae Monetae volumus registrari Et

Nullo alio nisi modo permisso a nobis licentiam obtinuerint, dicto facto Cambij uti permittatis et praemissis desistere faciendo super quibus et dependentibus ex eisdem nobis et vestrum cuilibet in solidum per dicti domini regis subditos pareri volumus et Mandamus Datum Marmandae octo-decimo die mensis junij anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, per dominum locum tenentem R. Cauhon(?) /.